Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



161 209

fugere ista omnia que futura sunt: et stare ante filium
hominis **Dominica xj. Introitus**
Deus in loco sancto suo deus qui inhabitare facit vna
nimes in domo ipse dabit virtutem et fortitudinem
plebis suae ps Exurgat deus et dispentur inimici eius et
fugiant qui oderunt eum a facie eius Glia pri **Collecta**
Omnipotens sempiterne deus qui habundantia
pietatis tue et merita supplicum excedis et uo
ta effunde super nos misericordiam tuam: ut dimittas que
conscientia metuit: et adicias quod oratio non presumit
Lectio Notum uobis facio **ad Corinthios**
euangelium quod predicatum uobis quod et
accepistis in quo et statis: per quod et saluamini
qua ratione predicauerim uobis si tenetis nisi
frustra credidistis Tradidi enim uobis in primis
quod et accepi: quia xps mortuus est pro peccatis nris
secundum scripturas et quia sepultus est: et quia re
surrexit tertia die secundum scripturas: et quia visus
est cephe et post hec undecim Deinde visus est
plusq; quingentis fratribus simul: ex quibus mul
ti manent usque adhuc: quidam autem dormiunt
Deinde visus est iacobo deinde apls omnibus
nouissime autem omnium tamquam abortiuo visus est et
mihi Ego enim sum minimus aplorum: qui non sum
dignus vocari apls: quia persecutus sum ecclam dei
Gratia autem dei sum id quod sum Et gratia eius in
me vacua non fuit **Gr.** Eu deo spauit cor meum et adiutus
sum et reflorut caro mea et ex voluntate mea confitebor illi
℣ Adte dne clamauit deus meus ne sileas ne discedas a me
Alleluia ℣ Domine deus salutis mee in die clamauit
et nocte coram te **Sequentia sancti euan secundum Lucam**